



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Formula offerendi se in mancipium & servum Iesu Crucifixi, & Mariæ Cruci
astantis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Memoria Passionis Christi.

Pro tempore nocturno, vel ante
somnum.

In domo Pilati.

Jesu, Barabbæ postposite, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula. *Septima Statio.*

Jesu, flagellate, misere nobis, laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Jesu, spinis coronare, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

In Monte Calvaria.

Jesu, Crucifixe, miserere nobis, laudabilis, & gloriosus in sæcula. *Octava Statio.*

Jesu, lanceâ militis vulnerate, miserere nobis, laudabilis, & gloriosus in sæcula.

Jesu, in monumento novo sepulte, miserere nobis, laudabilis & gloriosus in sæcula.

Et in qualibet Statione eliciendi sunt suprâ dicti cæsus.

*Formula offerendise in mancipium & seruum
Iesu Crucifixi, & Mariæ Crucifixi
stantis.*

Clementissime Rex, Christe Jesu, verus Deus, & verus homo, Redemptor & Saluator animæ meæ, ego N. indignissimus peccator coram sanctissima Crucis tua humillimè prostratus, cum omni cordis affectu te adoro, & peto sanguinis tui pretium, refugium tuarum plagarum, thesaurum meritorum tuorum: Sanguinem, in oblationem peccatorum meorum: Plagas, in continuam animæ meæ habitaculum; nec

nec non nuptialem vestem meritorum, vt ad nuptias
 Iestis Paradisi admitti, & subintrare valeam. Faciam
 mi dulcissime Saluator, vt sanguinis tui atramentum
 calamo clauorum tuorum indelebili caractere in-
 bas cordi meo dolorem & amorem tuum: dolorem, vt
 propter te patienter feram omnem dolorem: & amo-
 rem, vt spernam propter te omnem alium amorem.
 Quod verò me concernit; cum gratia tua firmiter pro-
 pono portare semper sanctissimas plagas tuas & vultu-
 ra, & in corde ad excitandam memoriam, & in ore ad re-
 ferendas gratias, & in manibus ad exercendam continen-
 tiam operationem pro tua gloria. Insuper, mi dulcissi-
 me Redemptor, me & in tuum, & sanctissime Mater
 tuæ iuxta Crucem stantis offero mancipium perpetuum.
 Accepta oblationem, & da mihi vires perfectæ
 eam observandi: aliud enim non concupisco, non cupi-
 o, nec desidero aliud, nisi vt sim fidelis seruus & mancipium
 Regis & Reginae cælorum; vt fideliter tibi seruiens
 in vita, post mortem dignus efficiar libertate gloriæ, vbi
 cum omnibus iustis & sanctis Angelis laudum tuarum
 decantem encomia, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

CAP. X.

*De beneficiis & fructibus Passionis Christi
 & de modo, quo Christus eosdem
 operatus est.*

3. Tho. 3. p. Juxta doctrinam Doctoris Angelici quinque sunt
 9. 42. & 9. Effectus & beneficia principaliora Passionis Christi. 1. Li-
 49. berat hominem à peccato. 2. Liberat eum à pœna pec-
 cati. 3. Liberat eundem à potestate Dæmonis. 4. Ho-
 minem reconciliat Deo. 5. Aperit eidem portas cœli.
 Quinque etiam modi sunt, quibus Passio Christi operatur
 hos effectus. 1. Per modum meriti. 2. per modum
 satisfactionis. 3. per modum sacrificii. 4. per modum
 redemptionis. 5. per modum efficiencie. De hisce benefi-
 ciiis breuiter dicemus in particulari, & de modo, quo
 Christus D.N. eadem confert: vt illa conseruantes in
 nobis